


Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theologicae
Facultatis Senior, Ad Exequias Quas Viro ... Dn. Johanni Hallervordio,
Bibliopolae nobili, & Civi Rostochiensi praecipuo, Vidua liberiq[ue] moestissimi
Ad hodiernam mediam primam in Templo Mariano paratas cupiunt. Academiae
Cives invitat**

Rostochii: Kilius, 1645


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752144X>


Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in J. Hallervord.

19
Rostock, 1645.





RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS, D.& Theologicæ Facul-
tatis Senior,


Ad Exequias

Quas
VIRO Industrio ac Integerrimo
DN. JOHANNI
HALLERVORDIO,


Bibliopolæ nobili, & Civi
Rostochiensis præcipuo,

Vidua liberiq; mæstissimi

Ad hodiernam mediam primam in Templo
Mariano paratas cupiunt.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLV.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS, D. & Theologicæ
Facult. Senior.



I quis illorum quæ in hac
mortali vita hominibus obve-
niunt rationem ineat, & diligen-
tius aliquanto ea consideret,
omnia cum Mose, *dolorem &*
laborem esse deprehendet. Cum dolore & la-
bore nascimur, succrescimus, vivimus, morimur.
Percurre mente etiam illorum qui felicissimi vi-
deri poterant, vitam & vitæ exitum, *laborem &*
dolorem invenies. Unum hoc, nec usq; adeo
vetus perpende Vgolini Giradesci Pisani exem-
plum, Is ut Paulus Æmilius lib. 8. de rebus gestis
Francorû memoriæ tradidit, Guelpharû partiû
princeps, initio Gibelinis partim pulsus, partim
percutis, eo potentia domi pervenerat, ut nunc
omnia administraret, patriæq; dominus & esset,
& ha-

& haberetur; divitiis, nobilitate, ingenij famâ,
autoritate vigens, uxore, filiis, nepotibus, & o-
mnibus in vita bonis appetendis circumfluens,
beatus, felix, & cæteris & sibi visus, eorumq; co-
gitatione perfruens, lætus fidens etiam illorum
commemoratione gaudebat. In festo frequen-
tiq; natalis sui celebrandi convivio, ad quod o-
mnes suos invitarat adhibueratq;, dum fortu-
nam suam ipse fando effert, admiratur, cœloq;
æquat: ausus est quendâ ex intimis amicis Mar-
cum, quid tandem abesse videretur interroga-
re. Ille, vel reputatione rerum humanarum,
quam fluxæ, fallaciq; specie, quam volucris orbe
circumagantur, vel mente divinitus admonita.
*Sola (inquit) ira numinis præcul diuq; abesse à tam
secundis rebus non potest.* Et necesse erat conge-
sta in unum hominem, non dum alteram fortu-
nam expertum, bona, excipi calamitate ingenti.
Guelphorum viribus consenescentibus, Gibel-
lini armis correptis, ædes ejus circumstunt,
oppugnant, unum ex filiis, unumq; nepotum,
vim arcere conatos, occidunt, ipsum & duos
præterea filios, tres nepotes comprehensos in
turrim inclusere, obseratis foribus, Clavibusq;
in Arnem propinquum flumen dejectis. Ibi fa-
me, in oculis, in gremio suo, carissima pignora,

parens morientia vidit. Voci feranti ex poscenti-
tiq; ut humanis suppliciis exigendis inimici con-
tenti essent, sacrae confessionis sacro sanctiq; via-
tici potestas facta non est. Haecenus Aemilius,
Age, hunc aliosq; ex prisca & recenti, ex sacra &
profana historia, qui pra alii felices videri po-
terant considera, *dolorem & laborem* ipsorum vi-
tam esse afferes. Agnovit idille Francorum Rex,
cujus elegans hoc epitaphium legitur.

Risi, ploro: fui, non sum. Studui, requiesco.

Lusi, non ludo. Cecini, nunc mutio: paui

Corpus, alio vermes. Vigilavi, dormio: dixi

Salve, dico vale. rapui, rapior. superavi,

Vincor. Certavi, paeutor. Jure ego vixi,

Jure igitur morior. Non obsto, ob stare nequiram.

Terra fui quondam, rursum sum terra. Nihil sum.

Terra caenica vale, vermes salвете, recumbo.

Possem in hanc sententiam longe plurima affer-
re, quae omnia hujus vitae nihil nisi *dolorem & la-
borem* esse docent, sed nec id hujus loci est, nec
chartae permittunt. Non ab eo longius. Emortui
hujus nostri JOHANNIS HALLERVORDII,
vitam intueri *Dolorem & laborem* illam fuisse fa-
teberis. Quamvis enim illi non defuere ea
quae propter felix censerit poterat; permista
tamen eadem fuere illis difficultatibus, ut *dolor*

& la-

Et labor primas sibi vindicarint. Felicitatis erat;
quod non solum ex piis & honestis parentibus
Anno 1581. Menslagæ non procul Osnabrugâ in
Westphalia, *patre HERMANNO HALLER-*
VORDIO custode templi & organice, & *Matre*
Bobbe von Syalen/ fœmina casta & pudica na-
sceretur, sed & ab iisdem Christo per baptismum
insertus, ad bonos mores, tum domi per decen-
nium, tum eorum sumptu post Quacenburgi,
Esseni, & Osnabrugæ, sub fidis iuventutis forma-
toribus, educaretur: tamen,

Multa tulit fecitq; puer sudavit Et alsit.

Felicitatis erat, quod patriis exeunti Scholis, &
Soltquellam concedenti, ab Anno Christi 1594.
usq; ad annum 1603. per integrum noven-
nium, subsistere, & fideli ejus loci præcepto-
rum institutione frui licuit: Non à *laboribus* ta-
men fuit immunis, quippe qui pædagogicam
toto hoc tempore, eamq; onerosissimam susti-
nuit functionem. Soltquella à fratre M. MAR-
TINO HALLERVORDIO Rostochium evo-
catus, duram & curarum plenam cœpit provin-
ciam: Diffusissimo enim bibliopolio à Lau-
rentio Albrechto præfectus, ipsos octo annos,
ab anno 1603. usq; ad annum 1611. in hoc erga-
stulo sudavit. laborum fructum abstulit illum,
I 3 quem

quem Jacob patriarcha fideliter Labani inservi-
ens, LAURENTII Albrechti filiam natumini-
mam HELENAM Albrechten/ qua cum Anno
1611. 8. Aprilis matrimonium contraxit: Licet
autem hoc conjugio Emortuus noster felix vi-
deri poterat, quod & placidum & foecundum,
illud esset, vidit enim ex se & vitæ socianatos
filios quatuor MARTINUM, LAURENTI-
UM, JOHANNEM, THEODORICUM, filias
totidem, ELSABEM, ELISABETHAM, HE-
LENAM, & quartam in ipso vitæ in gressu exspi-
rantem, vidit filiam ELSABEM DN. JO-
ACHIMO MOLTKEN, Bibliopolæ Hafniensi
celebri, Matrimonio concordi, sed proh dolor,
ante paucos menses morte soluto, & filiam HE-
LENAM, DN. JOACHIMO WILDEN, Bi-
bliopolæ nostrati industrio, junctam. Vidit fili-
um MARTINUM Regiomonti feliciter merca-
turam librorum exercentem. Quis tamen hic
non advertit simul *laborem & dolorem?* præter
illas enim quas conjugialis vita secum fert mo-
lestias, non sine dolore JOHANNEM & THEO-
DORICUM filios, ELSABEM & ELISATHAM
filias, in ipso ætatis flore, & svavissimam conju-
gem Anno 1627. die visitationis Mariæ mortis
violentia abripi vidit. Postquam viduitatis dif-
ficul-


facultates superasset, nec solus curis variis domesticis ferendis, familiæ regendæ, liberis educandis sufficeret, Ad secunda vota Anno 1623. circa festum Michaelis transit, & commodam invenit conjugem Engel von der Lube/ M. JOACHIMI LUBBERTI, Scholæ apud nos trivialis, quum viveret, Collegæ industriæ relictam viduam: *Felix* erat hoc nomine Emortuus noster, quod consecutus esset illam conjugem, quæ ipsum sex liberorum MARIÆ, ANGELÆ *prima*, ANGELÆ *secunda*, ELISABETHÆ, THEODORICI, & filij ante quã in lucem nasceretur denati, fecit patrem, & rem familiarem, liberorum educationem curaret diligentissime. Non tamen interim à labore & molestiis fuit liber. Quis enim illum molestias sensisse negabit, qui ex sex his liberis quatuor infantes admodum extinguere, filiorum alterum antequam in hanc lucem ingrederetur, eadem exurũ, & unicã solum filiam ELISABETHAM vivam cerne-
ret? Age subduc vitæ Emortui nostri rationes, & his quæ dixi conjunge, nocturnos, & diurnos labores, quos ipsi vitæ genus juges imponebat, summam summarum *dolorem & laborem* invenies. Finem his imposuit felix ex hac vita exitus. Postquam enim per dies decem tussis vehemens,

mens, & qui illi se associarant morbi, Emortuum
nostrum lecto affixissent, duodecima nocturna
quæ diem vigesimum quartum Martij antecessit,
ætatis anno sexagesimo quarto, non vitam
morte (quod dicisolet) sed mortem vitâ, labores
quiete, dolores gaudiis, terram cœlo permuta-
vit. Fructum nunc fers O Macarites, pietatis,
cui per vitam omnem eras deditus, quando pau-
peribꝯ liberaliter succurrebas, ipse domi à labo-
ribꝯ Vacuum tempus lectioni sacrarum litera-
rum, & precibus tribuebas, sacras conciones au-
diebas, tuos liberos, familiam, paria tecum agere
volebas: Et toto morbi tempore omnibus super
rebus mundanis depositis curis, plenus fide,
mente sibi ad extremum vitæ halitum recte con-
stante, Christum salvatorem tuum sitiebas, & ipsi
animam ex corpore exeuntem committebas.
Vos Academiæ cives cadaver terræ matri com-
mittendum, comitabinini. vestris Emortuus
commodis serviit, vobis variam librorum, ex
quibus eruditionem hauriretis per annos 42. su-
pellectilem subministravit. Memorem benefi-
ciorum animum hoc ipso demonstrabitis, si fre-
quentes ad horam mediam primam ex templo
Mariano iveritis exequias. Quod ut singuli faci-
ant amice ac diligenter contendo P.P. Rosto-
chij 27. Martij Anno 1645.

••(o)••

Jhr.

ficultates superasser, nec solus o
sticis ferendis, familiæ regendæ
dis sufficeret, Ad secunda vota
festum Michaelis transit, & co
nit conjugem Engel von der
CHIMI LUBBERTI, Scholæ ap
quum viveret, Collegæ industri
am: Felix erat hoc nomine Em
quod consecutus esset illam c
ipsum sex liberorum MARIÆ,
ma, ANGELÆ *secunda*, ELISAB
ODORICI, & filij ante quā inlu
denati, fecit patrem, & rem fa
rorum educationem curaret
Non tamen interim à labore Em
Quis enim illum molestias sensu
ex sex his liberis quatuor in
dum exstingui, filiorum alteru
hanc lucem ingrederetur, eade
cā solum filiam ELISABETHAM
ret? Age subduc vitæ Emortui r
& his quæ dixi conjunge, nocturn
labores, quos ipsi vitæ genus jug
summam summarum *dolorem* & l
es. Finem his imposuit felix ex
Postquam enim per dies decer



domo
ducan
circa
inve
JOA
vialis,
vidu
ster,
quæ
Æ pri
THE
retur
libe
ime.
liber
, qui
dmo
m in
uni
erne
nes,
rnos
bat,
eni
itus.
ehe
ens,